



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

III. Si de rebus ecclesiae pro praestatione aliquid dari dicatur, causa praestiti cognoscatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

bentur prece supplicationis, & vi quodammodo extorqueri doloris, quanto * magis sine obstaculo concedi debent exquisita simul, & ordine iuris, & dolore compassionis? Quia ergo fieri plerumque cognoscitur, vt ecclesiæ parochiales, vel sacra monasteria ita quorundam episcoporum, vel insolentia, vel incuria horrendam decendant in ruinam, vt grauior ex hoc oriatur ædificantibus mœror, quam in construendo gaudii extiterat labor, ideo pia compassione decernimus, vt quamdiu earumdem fundatores ecclesiarum in hac vita superstites extiterint, pro eisdem locis curam * permittantur habere sollicitam, & sollicitudinem ferre præcipuam, atque rectores idoneos in iisdem basilicis iidem ipsi offerant episcopis ordinandos. Quod si tales forsitan non inueniantur ab eis, tunc quos episcopus loci probauerit Deo placitos, sacris cultibus instituat, cum eorum conniuentia seruituros. Quod si * spretis eisdem fundatoribus, rectores ibidem præsumpserit episcopus ordinare, & ordinationem suam irritam nouerit esse, & ad verecundiam sui alios in eorum loco, quos iidem ipsi fundatores condignos elegerint, ordinari.

III.

Si sacerdos vel minister de rebus ecclesiæ suæ quippiam alicui sub præstationis obtentu concedat, in serie instrumenti causam præstiti euidenter exponat: vt ex hoc, aut iuste confecta transactio innotescat, aut fraus incompetens, quæ latet, appareat. Aliter vero pro huius negotii causa deinceps scriptura confecta non valeat.

12. q. 7. Decernimus, vt quamdiu.

Idem Concilio Tridentino nouissime decretum est sess. 14. cap. 12. & 13.

ANNO CHRISTI 655. * iam

* habeant fol.

* superstitibus